



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis  
Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

321. De his qui sacramento se obligant ne ad pacem redeant.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Ut feria quarta ante quadragesimam sacra-  
menta non jurentur. *Ex Concilio  
apud sanctum Medardum.*

CCCXIX. Ut Missi nostri Comitibus Capitula Ka-  
& omnibus reipublicæ ministris firmiter ex roli Calvi tit.  
verbo nostro denuntient ut à feria quarta ante 9. c. 7. §. 8.  
initium quadragesimæ usque post octavas & to. 3. Con-  
Paschæ mallum publicum , nisi de concordia cil. Gall. pag.  
& pacificatione , tenere præsumant , neque 89.  
aliquis juret. Similiter etiam à quarta feria an-  
te nativitatem Domini usque post consecratos  
dies observent , nec non & jejuniis quatuor  
temporum , & in rogationibus. Nullus etiam  
in dominico die placitum teneat , aut sacra-  
mentum juret.

*Postremum istud membrum , quod & Hel-  
mestadiensis editio Reginonis & manuscrip-  
tus liber Parisiensis exhibent , non extat in  
actis Concilij Suectionensis , neque in Capitulis  
Karoli Calvi.*

De Clerico , si perjuraverit. *Ex Concilio  
Aurelianensi.*

CCCXX. Si quis Clericus præbuerit ju-  
ramentum , & post rebus evidenter detegi-  
tur perjurasse , biennij temporis excommuni-  
catione plectatur. Concil. Aure-  
lian. 3. c. 8.

De his qui sacramento se obligant ne ad  
pacem redeant. *Ex Concilio  
Hilerdensi.*

CCCXXI. Qui sacramento se obligave-  
rit ut ad pacem nullo modo redeat , pro perju- Concil. Hild.  
c. 7.  
Halitgar. lib.  
4. c. 33.

334 RECINONIS LIB. II.

Burchard. lib.  
12. c. 17. Pro uno anno à corpore & sanguine Domini  
segregetur, & reatum suum jejuniis & ele-  
mosynis absolvat. ad caritatem verò , quæ  
operit multitudinem peccatorum , celeriter  
veniat.

Item de perjurio. *Ex dictis Hieronymi.*

Burchard. lib.  
12. c. 16. CCCXXII. Cum juramento pollicitus  
est Herodes saltatrici dare quodcunque postu-  
lasset ab eo. Si ob jusjurandum fecisse se dicit,  
quid si patris matrisque postulasset interitum,  
facturus esset , annon? Quod in suis ergo re-  
pudiaturus fuit , contemnere debuit etiam in  
Propheta.

De eadem re. *Ex dictis Bedæ Presbyteri.*

Beda homil.  
44. in decol-  
lat. S. Iohan.  
Burchard. lib.  
12. c. 18. CCCXXIII. Si aliquid fortè nos in-  
cautiùs jurasse contigerit , quod observatum  
pejorem vergat in exitum , illud consilio salu-  
briori mutandum noverimus , ac magis instan-  
te necessitate perjurandum nobis quām perfe-  
cto juramento in aliud crimen majus esse di-  
vertendum.

De eadem re. *Ex Pœnitentiali.*

Halitgar. lib.  
4. c. 28.  
Burchard. lib.  
12. c. 8. CCCXXIV. Quicunque sciens perjura-  
verit , septem annos pœniteat , & post hæc  
communionem accipiat. [ *Vide epistolam Rha-  
bani ad Heribaldum cap. 8.* ]

*Ex Pœnitentiali ut suprà.*

CCCXXV. Si quis perjuraverit , ultra  
ad sacramentum non admittatur.